

Biblioth. S. Germani à Paris 1694

SANCTI
BERNARDI
ABBATIS PRIMI
CLARÆ-VALLENSIS
VOLUMEN II.

CONTINENS DUOS POSTERIORES TOMOS V. & VI.
seu Opera suppositicia & aliena, cum ejus Vita & miraculis.

Post HORSTIUM denuo recognita, repurgata, & in meliorem ordinem digesta,
secundis curis D. JOHANNIS MABILLON, Presbyteri
& Monachi Benedictini à Congregatione S. Mauri.



PARISIIS.

Sumptibus THOMÆ MOETTE, viâ de la Bouclerie,
prope Pontem S. Michaëlis, ad insigne S. Alexii.

M. DC. LXXX.

Cum Privilegio Regis, & Facultate Superiorum.



P R Æ F A T I O

IN SANCTI BERNARDI TOMUM V. ET VI.

I. **C**onvinctis sancti BERNARDI Operibus omnibus in primum volumen congestis. Superest ut in hoc alterum suppediticia, & aliena concludatur. Quod qua ratione, quove ordine fiet, hic paucis explicandum est.

II. Hoc posterius volumen duobus Tomis constat: in quorum altero GILBERTI Continuatio in Cantica, aliaque ejusdem Abbatis Opuscula & Epistola; simulque dubia seu controversa, & Bernardo falso ascripta continentur: in altero GILBERTI abbatis, sancti Doctoris discipuli, Sermones, Bernardinis stilo & pietate ascripti; atque GUIGONIS ejusdem amici quaedam Epistola exstant.

III. Primum in tomo sexto locum sibi vindicat continuata per GILBERTUM Expositio in Cantica canticorum: ut quam proxime Bernardinis in eadem Cantica Sermones, qui extremum in superiori volumine locum occupant, hæc Continuatio subsequatur. GILBERTUS cognomen fuit de HOLLANDIA, quod vocabulum est insula seu provincia, Angliæ & Scythiæ intermedia, quam Flevodius & Lindus fluvii circumfluunt: qua in insula situm erat monasterium SVDVIBITENSE, ubi GILBERTUS abbas presuit, Lincolnensium diocesis attribuitur. Duplex videtur fuisse illud monasterium, virorum ac virginum, quod tam ex Helico abbatate Rievallensi, tum ex ipsius GILBERTI sermonibus nonnullis ad eisdem virginibus habitis colligitur. Alendus quippe sermo tenens in istam necessitatem fuit de monasterio virginum, quæ sub venerabili, & cum summa reverentia nominando sancto patre GILBERTO uberis pudicitie fructus quotidie transmittunt ad caelos. Et quidem GILBERTUS ipse sermones quosdam in Cantica apud illas virgines peroravit, nempe XVII & XVIII. In priori enim inierit illa leguntur hæc verba num. 8. Tibi Domine, commendando hunc Libanum, egregium hunc chorum virginum, sacrarum centum feminarum, itaque partim ad monachos, partim ad sanctimoniales habitæ sunt isti sermones, numero sito & quadragesima, quæ parva minus habent succi, sublimitatis, & virtutis ad persuadendum, quam Bernardini. Hoc patet GILBERTI Sermones, qui in nova hac editione innumeris mendis repurgati produnt, cum veteri exemplari Vallis-clara diligenter consulto rogatu nostris religiosus ac pius vir D. Johannes Baptista de Nonville, ejusdem loci Prior, amicus meus, qui & Guisfridi S. Bernardi notarii libellam adversus Gilberti Forisitanus errores ex idem Longi-pauci nobis suppeditavit. De GILBERTO abbate quod superest, cum in Gallicano Trecentis diocesis monasterio Ripatoria decessisse tradit Chronicon Clara-vallense his verbis. Anno Domini M C LXXXII. GILBERTUS, quondam abbas de Hollandia, qui fecit Sermones super Cantica canticorum in modum beati Bernardi, apud Ripatorium obiit. His Sermonibus subiiciuntur quidam Tractatus, & nonnulla ejusdem auctoris Epistola: quæ omnia Johannes Pitsæus in libro de illustribus Angliæ Scriptoribus indicavit cum aliis ipsius GILBERTI commentariis in Psalterium, in Matthæum, in Epistolas Pauli &c. ubi librum item nomen de vita S. Bernardi eisdem tribuit post Guisfridum: qui liber fortasse non alius sit, quam liber Guillelmi à S. Theoderico de hoc argumento. Plura de GILBERTO vide sit apud Sixtum Senensium, & apud Manricum ad annum MCLXXXII. cap. III.

IV. In istis GILBERTI Sermonibus multa occurrunt in primis lectu & observatione digna ad mentem adificationem, non solum pro monachis, sed etiam pro ecclesiasticis viris. Contra eos qui plus bellum, quam precationem tribuunt, in sermone VII. prædara habentur nam. x. Quis debet esse concionatores oratio dicit, sermo XVI. num. 5. Sermo vero sequens, prædicationis officium non alio à quoquam captandum, At sermone XXVI. num. 2. egregie præstringit auctores concionatores, plausum & gloriolam scilicet. Ibidem etiam utile eisdem monitum dat, ut conciones suas ad captum & utilitatem auditorum conforment. Hæc etiam pertinent sermo XXXI. num. 4. & sermo XXXVI. num. 5. Admirabile cura religiose specimen exhibet sermo XXXIII. & sermone XLV. num. 8. apprime reprehenduntur præfati, curis & rebus temporalibus plus aquo dediti. Ad hæc, scribendi studium in monachis commendatur sermone XLVII. ut scribendi nihil minus facultatem non curvis esse concedendam subiungitur. Ceterum Titologus elogium, quod recentiores eidem GILBERTO tribuunt, comprimitur varia in eisdem Sermonibus loca, in primis quæ à libero arbitrio leguntur in sermone XXXIX. & quæ de sanctissima Eucharistia Sacramenta in sermone VII. num. 8. Ardentem ac patrum ejusdem auctoris zelum commendat sermo XXX. ubi Alexandrum III pontificem arguere non veretur. Denique non minoris momenti sunt ejusdem Tractatus & Epistola: quorum omnium argumenta Index proximus explicabit.

V. De subsequentibus Opusculis non est necesse diutius præfari hoc loca, quando singulis præfixa sunt Adnotationes, quæ longioris Præfationis vicem supplere possunt. Duo tantum hic observare iuvat, suis locis præmissa. Unum est, quod sermo in Antiphonam Salve Regina, quos sancti Bernardo ab antiquo nimis col. 72. BERNARDI archiepiscopo Toletano tribui à Claudio de Rota in Notis ad pseudol. Liutprandum pag. 451. ubi auctor prædita antiphonæ PETRUS COMPOSTELLANUS appellatur. Huic posteriori sententiæ prævicit Guillelmus Durandus in Rationalis lib. IV. cap. XII. Petrus vero Compostellanus episcopus fecit illam antiphonam, SALVE REGINA MISERICORDIÆ, omisso MATR, ut etiam in Sermonibus prædictis. Plura de hac antiphona in Notis ad eisdem Sermones.

VI. Alterum quod hic præmendum restat, illud est, prolixam illam precationem seu adorationem ad sanctissimam Virginem, quæ habetur col. 187. esse Ekkeberti abbatis, ut passim testatur Richardus à sancto Laurentio, qui ante annum quadringentes scripsit, & plagulas ex illa precatione decerpens, Ekkeberto tribuit, ut Theophilus Raymundus in sua Api Gallica pridem observavit, et est Ekbertus abbas Schwanegensis, cuius Sermones adversus Catharos exstant in tomo III. Bibliotheca Patrum editionis Coloniensis. Hæc pauca se valebam, Lector: perge, & lege.

GILBERTI
DE BERNARDI
ABBATIS
CLARÆ-VALLENSIS
TOMUS QUINTUS.

GILBERTI CONTINUATIONEM IN CANTICA,
atque Opera dubia , & S. Bernardo perperam adscripta
complectens.

A P P E N D I X
SEU TOMUS VI.
S. BERNARDI
ABBATIS
OPERUM,

Completens Sermones GUERRICI Abbatis Igniacensis ejus discipuli ; GUIGONIS Cartusiae majoris Prioris quinti quaedam epistolas ; necnon VARIOS AUCTORES, qui de sancti Bernardi rebus gestis scripserunt.

